

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput V

urn:nbn:de:bsz:31-97032

pore à propriis spinis interimitur. In ejus capite grano
 ſimilis invenitur lapis, quem luna decreſcente ſini-
 ſtro alligatum lateri, ad quartanas facere quidam exi-
 ſtimant. *Caliſthenes Sybarita citante Stobæo Congri*
ſæturam intra ſe continent, ſed non omnibus locis
æque id conſtat, nec ipſa fætura ſaris conſtat in utero
pingui, obefo, in eſt tamen ſerie quadam prolixiuſcu-
la, ut in ſerpentibus, quod certe ignis periculo inno-
ſcit. Pingue enim abſumitur; ova autem crepant,
*& extruſa diſſiliunt. *Ariſtoſel. 6. Hiſt. cap. 17. Piſcem**
*Chaouſarou *Latius in l. 2. Amer. c. 11.* ita deſcribit,*
Hic ad decem pedum longitudinem non raro excreſcit,
longus & teres inſtar Lucii, duriffimûs cinericii coloris
*ſquamis, & quæ ferri aciem hebetent, totus, veluti *Acci-**
penſer, armatus; roſtro oblongo magno riſtu & duplici a-
cutiſſimorum dentium ordine ad utramque maxillam
præditus. Non modo cæteri lacus illius, in quo circa flu-
viium. Nova terra des Iroquois à Gallis dictum degit, pi-
ſcibus inſeſtus eſt: ſed & aves ſingulari induſtria venatur.
Inter arundines quippe & juncos ad ripam lacus lati-
tans, roſtrumque erigens, & riſtum ſupra undas didu-
cens, tam diu immotus præſtolatur, donec aves doli igna-
ræ, in roſtrum illius tanquam ſtipitem incumbant, præ-
ſenti ſuo exitio.

CAPUT V.

DE CANICULA.

Caniculam ad quatuor millia librarum accedentem,
 Nicenſes, teſte *Gillio*, cepère, ſolido in ventre re-
 pecto homine; loricato Maſſilienſes. *Rondeletius* tan-
 to oris & gula: hiatu in Santonico vidit littore, ut obe-
 ſum caperet hominem: *Bellonius* quod libet oris la-
 tus ſex & triginta munitum dentibus aſſerit. Hinc in
 hoc Ionam Prophetam fuiſſe piſce, & quod ceti indi-
 gitetur nomine, propter magnitudinem fieri, qui-
 dam opinantur. Idem *Bellonius* ſenos vel octonos, at-
 que interdum etiam plures fætus ſuis partibus abſolu-
 tos,

pedali longitudi-
 nis, & perſepe vivi-
 cibus de carulis ſea-
 que ad ſepum eit
 dantur matricis com-
 ſimilis hoc prociq; a-
 ſua conſequatur ſecu-
 ſua venola parte nutri-
 ſua non exerat, certu-
 ſua tantum tu-
 ſua eſſormato ſætu,
 ſua pinnas, quæ ad be-
 ſua à matrice per v-
 ſua quidem tenuer-
 ſua autem alimentu-
 ſua ſicula, in quanda-
 ſua culum eſſe diceret-
 ſua repleta eſſe conſi-
 medio, duobuſque
 ſua ſe res habeat, cap-
 ventrem diſſectet,
 vacuum & jejunu-
 mit aut devorat. R-
 ſua lividis turgere
 matris utero, ſi q-
 ſuaq; projeceret, p-
 ſua delatru in medic-
 devorari, & cum acc-
 ſua ſimam. Figura
 ſua ſimam ſupponim-
 ſuaſque dependent-
 ſua vocat,
 ſua, duorum cubito-
 ſua. Teſta inu-

tos, pedali longitudine diversis temporibus parere scribit, & pæfæpe vivo emergente fætu, ovis adhuc crudis & exclusis scætere uterum, superiorem ejus partem quæ ad septum est, occupantibus: eorumque alia dextro matricis cornu, alia sinistro concludi: at in Catulis hoc præcipuè admiratione dignum esse, quod nulla contegantur secundina, atque ab umbilici quadam venosa parte nutriantur. Cum enim ova (inquit) foras non exerat, certisque vinculis matrici obvinciantur, amnio tantum tunica opus habuisse videntur; quo jam efformato fætu, & rimam quandam in sterno inter pinnas, quæ ad branchias sunt, ducente, alimentum à matrice per vinculum seu umbilicum suscipit, adeo quidem tenuem, ut lyræ fiduculam non exuperet. Id autem alimentum secundum tenuem & exilem fiduculam, in quandam veluti perulam fertur, quam ventriculum esse dices, quo tanquam ovi vitello perpetuo repleta esse conspicitur; cujus positio est in ventre medio, duobusque hepatis lobis subjicitur. Ac quod ita se res habeat, catulum è matris utero exectum si per ventrem disseces, verum ejus ventriculum perpetuo vacuum & jejunum reperies: nihil enim per os assumit aut devorat. Rectum vero intestinum recrementis lividis turgere videbis. Quin vivum pisciculum, à matris utero, si quando illæsum exemeris, atque in aquam projeceris, protinus vivere ac natate conspicias. *Rondelertius* in medio uteri ad spinam ova adhærere observavit, & cum accreverint, in utrumque uteri transferri sinum. Figura ovorum pulvinaribus quæ capitî dormituri supponimus similis est; ex angulis longi tenuisque dependent meatus, quos *Aristoteles* *πόρῶς τετραγώνους* vocat, ii que capreolorum convoluti instar, duorum cubitorum, si explicentur, æquant longitudinem. Testa intus rupta, fætus exit.